



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Formidolosus & imbellis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

FORMIDOLOSUS ET IMBELLIS.

CAP. XXII.

*Macro. Sa-
tur. l. sc. 9.
fi. citat, ex
Homiliad.
cōuoīas
ληπτος
αχαιδες
ειν ετ α-
χαιοι.
Ευτι. lib. 9.
Harat. 1. 2.
Epifol.*

Ubi vero in monumentis iisdem muliebria videris incisa, argumentum est, imbellis, molles & in-
ferentes homines ab eo subjugatos, cuius nomen, vel nota superposita fuerit. Ad quod dubio pro-
ficiat, ex procul respexit Homerus, cum Theritem Gr̄orum pusillanimitatem increpatem his verbis in-
ducit, καν ἔλεγε αχαιδες, οὐκέτι αχαιοι. Id quod ad Numaram feso & sua gloriose jaçantem non
inveniunt transfluit Maro, dum eum, o Phrygia (neg, enim Phryges) in obessa Trajanorum castra dixen-
tem inducit. Aliibi virorum negotia præscribit, ut hi bella pacemq; gerere deberent. Et Horatius vi-
rilem Cleopatrā animum obstupescit, que generosius perire querens, ensem haudquam mu-
briter minus expaverit. Apud eundem Tyrtaeus Poëta non mulieres, sed mares potius animos in
Martia bella versibus excusat. Ovidius quoque in Enuchum, cum militem virum esse debere affir-
met, Ipsi mares trahant, dixit, tu pes depon viriles. Ad hanc Onirocritae dicunt si princeps quispiam in
femina se degenerasse per nocturnam sit imaginem arbitratus, futurum, ut loco decipiatur; pro-
pterea quod mulieres plurimum imperii virorum subjiciuntur.

INNOCENTIA. CRIMEN. CAP. XXIII.

*Quid per
Masculum
nam in di-
ginitate signi-
ficietur.
Per testi-
cos avulso-
rum quid,*

Non est hoc loco prætereundus sacrificii veteris mos, ubi per Masculi vocabulum, insontem, &
nulla criminis macula notatum intelligi debere autumant Theologi: per foeminam vero, cri-
men. Cyrillus enim Levitico, homilia prima, five ea fit Originis, ubi agitur de Vitulo masculum sine
macula offerendo, masculum ait intelligi, qui peccatum ignorat: propterea quod foemina sit pecca-
ti symbolum, Labilis enim, mollis, & ad delinquendum proclivis admodum est mulier. *Masculum gi-
tur sit manus quod Deo offers, hoc est, muliebre nil habeat, concupiscētia vacet, fragilitatē anfugiat, ni-
hil molle, nihil dissolutum meditetur.* Et Masculi denique nuncupatio in Divinis literis virum in-
dicat virtutibus perfectum, qui præsenti fortis, animo semper est: cum mulier contra tantę sit infa-
mitatis, ut Salomonis Sapientia dixerit, *Melior est iniqüitas viri, quam mulier benefacens.* Et mares tan-
tum stirpis Aaronez jubet Dominus vesti sacrificato: quia scilicet non omnium est de Deo dispu-
re, sed eorum tantum qui nihil foemineum, nihil fluxum in cognitionibus habeant. Demum, ne de
Deo disputare presumamus, quamdiu per quasdam declinationes diffluente, vel domesticas curas,
vel inania negotia, à Masculorum dignitate vigoreque excederimus. Similiter in vicima peccati,
Masculus tantum de genere Sacerdotali vescetur carnis eius: *ad penitentiam enim fortis operis effe-
su, ait Hesychius, et intentione virili.* Cui Psalmographus ita succinit: *Viriliter age, vigoreisque auda-
cer amplectere, & in quamcunque provinciam te delegaverit Dominus, eam & alacriter suscipe, &
non ingaviter administra.* Porro Vir qui testiculos avulso habeat in Divinis literis hieroglyphicum
est homini qui vitam prius pie sancteque institutam habuerit, juventutemque omnem bonis operi-
bus exercuerit, ingravescente vero aetate ad inequitas & iniquinamenta declinarit. Nam cum te, ut
superius ostensum est, virtutis indicia sint, evitatio mollitionis dubio procul et examinationeque
significat, ipso se vocabulo prudenter. Vel, ut Hesychii sen-
tentia est secuisse, ille abstulisse; sibi testiculos videtur, cu-
jus impius animus scelerataq; mens timorem Domini, ve-
ramq; abjecerit pietatem: perinde ac si crudelis manus se-
met ipsum abscondit, hoc est, feso à Dei coniunctione, qua-
fita est in virtutibus, abstulerit, & bona frugis proleficationeq; privaverit, quippe abjecto signo per quod vera
virilis in homine cognosci possit.

ERGA PARENTES INGRATI.

CAP. XXIV.

Antiquorum autem religione institutum fuit, Gallos,
et viratos quippe Sacerdotes, Deum Matri ministrata-



re, pet.